



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Afflictio Consolans, Seu Svccincta Non Minvs Ac Clara Methodvs

Wintrich, Victor

Coloniæ, 1644

Lectori Benevolo Salvs Perennis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45734)



LECTORI BENEVOLO
SALVS PERENNIS.

Vide, in Consolante hac Afflictione, Beneuole Lector, antiqua renouari miracula, veteres adulescere promissiones: Mel nimirum è petra, oleumq; de saxo durissimo sugendum proponi. Eximius ille Deiloquus (Moysen loquor) aquam eduxit è petra. Quid? oleum me educturum confido, vbi, qualiter ex ipsa desolatione consolari valeas, ostendero; vt nimirum tribulatio tibi refrigerium, & afflictio præstet solamen.

Quod vt sentias, suaves arumnarum proponam fructus, & quo sufferenda sint animo, præscribam, quem si lectione huius affecutus fueris, mellis haud dubio dulcedine delectaberis, oleiq; saluberrimi pinguedine inungeris, vt quæ dura fugeras & amara, dulcia complectaris & suauia, & quæ per pèssu grauiã videbantur & difficilia, facilia experiaris & leuia.

Hæc

PRAEFATIO

Hac tamen, cum gratis è S. Scriptura
iugiter mananti ac imperscrutabili mari,
Sanctiq; Bonaventura sententijs, quas
Seraphico certè spiritu ex auctoritatibus
SS.PP. in diuersis suis collegit Opusculis,
& selectissimas quasque ad propositam
materiam Ven. adm. P. Arnoldus Casarius
SS.Theologiae Lector Iubilatus, in Rosa sua
nuper è spinis exorta, accommodatissimè
inseruit, hauserim; gratis tibi & amicè
propino: ita in proluxa hac aliàs materia,
breuitati obscuritatis amica studens, vt
nec claritatem obnebularem, nec tibi le-
genti generarem tedium.

Suge igitur solatij dulcedinem, tibi ob-
uijs hisce aduersitatibus proficuum, & a-
lijs exulcerato hoc miseriarum tempore,
non sine fructu fortè, instillandam. Sic ego
voueo, tu vale, & mellis suauitate dele-
ctare, vt

Sugas mel de Petra, oleumq; de saxo du-
rissimo.

EX angore petra est, petra est non DVra,
LVbens si
saXa petræ Libas, Mente sVaVIs erIt.

A P.